



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Conjugium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Nulari, qui minimo proximus est, nomen dubio procul inditum ab anulo : quo digitus is insig-
niri solitus. Cur id institutum, variae sunt authorum opiniones, ex quibus nos pluribus aliis
omissis quas in Gemmarum commentario recensuimus, eas quae potiores videbantur afferemus.

COR. CAP. XIX.

Illud autem primum omnium manifestum est, anularem digitum cordis esse hieroglyphicum :
Ia que de causa institutum ab Aegyptiis, ut is anulo tamquam corona honestaretur. Eumdem sa-
cerdotes cum circa deorum aras operabantur, coniectis odoribus illinebant, ejusmodi;
honores illi ea de causa haberii solitos ajunt: quod dissectionum periti nervulum quandam à corde
natum, per dorsum ad cor tendere, & in eo desinere compertum habuere. Sane solebant in ejusmo-
di analis eorum etiam imagines fieri, quorum memoriam colerent atque observarent, ii qui eas ge-
reabant, ita nos sibi precipue esse cordi, cum quadam etiam ambitione, omnibus ostentantes. Unde
B Cicero libro de Finibus, Epicuri studioflos memorans, *Epicuri imaginem, inquit, non modo in tabulis,*
sed etiam in poculis & in anellis habebant.

CONJUGIUM. CAP. XX.

Hic porro digitus anulo insignis, conjugii est hieroglyphicum, eaq; de causa sunt qui eum Pro-
vincula ju-
nubum appellant. Hinc Majo, vincla jugalia, posuit pro connubio. Et in Divinis literis inditum galia.
sponsalitius anulum, arrhabonis indicium, nuptiarum causa legimus, eumque morem & institutum Ensis. l. q
omnes Christianorum conventus semper obtinuerunt. Unde Septimius Florens digitum hunc &
pronubum appellavit, & anulum quoque pronubum, e loco: *Nam & muleres parciissima patrum*
sobrietate aurum minime noverant, uno excepto dito quem anulo pronubo sponsa oppignorasset.

VINCULUM. CAP. XXI.

Jugalia illa vincla monent, ut qua de causa anulus inter alia significata: vinculi etiam fuerit hic
Hieroglyphicum, aperiamus. Ea sic fertur: *Prometheus olim Saturni lege perpetuis vinculis ab Iove da-*
C minatum, ea mox conditione liberatur, ut inde anulum lapide & ferro compactum gestaret, ne omnino exo-
gnatio un-
latus pena videretur: indeque anulorum usum propagatum. Indignationem autem Jovis inde ortam
ajunt, quod Prometheus Parcarum sortem de Thetidis filio, qui patre major & clarior futurus esset,
patetecisset, atque ita Jovem ab ejus congressu deterruisset, ne se praestantior filius nasceretur. Sede-
nun, cum ejusmodi legis silentium in Jovis perniciem evafurum esset, fabulatorum desidero pru-
dentiam, qui velint Jovem pro imperio & autoritate sibi conservata, Ptometheia ita male multare
voluisse.

SERVITUS. CAP. XXII.

Quod vero anulus sit servitus hieroglyphicum, tam maritale signum attestatur, quod addictam
esse viro sponsam indicat, quam Pythagora symbolum exponit, dum nos arcum anulum ge-
stare vetat quod ex divi Hieronymi interpretatione, non esse anxie vivendum admonet: quippe ca-
Anuli eti-
vendum, ne nos in eam servitutem conciujamus, quae dura sit, & incommoda. Habet vero secum mon.
vinculi significatum anulus, quod tota eius nominis originatio, quantum ad etymon attinet, ab AN
D particula desumitur, quae Circum significat, atque ideo vinculum aut compedium manicarumve op-
pressionem. Elenct vero super anulo plura commentanda, sed hic de anulari digito, non gestamine
vel ornamento scribere instituti est meum: quare longe plura in commentarium id rejicimus, quo
insignia pleraque ordine loco suo interpretati sumus.

VENIA. CAP. XXIII.

P Etiam à diis sermonis veniam, cum obsecratione, ne nostri memores delicti, ulcisci cogita-
rent, eo exprimebant hieroglyphico, ut proximum à minimo digitum ad aurem dexteram refer-
rent, quod tacto prius ore fieri institutum. Est enim locus ille Nemeseos, quam gestu hoc, ut in ore
ostenum conciliari, crediderunt.